

24.

Papst Calixt II. befiehlt dem Bischof Wido von Como, die in seiner Diöcese befindlichen Einwohner von Chiavenna zu veranlassen, das Castrum Muri dem Bischof Wido von Chur zurückzugeben. Er zeigt ihm an, dass er im Lateran residire und verspricht ihm Rath und Hilfe. (1122) April 6. Lateran¹⁾.

Calixtus episcopus servus servorum dei venerabili fratri W(idoni) Cumano²⁾ episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Pro confratre nostro Widone Curiense episcopo alia iam tibi vice scripsisse meminimus, ut parrochianos tuos Clavennates, qui ei Castrum Muri auferunt, ab eadem infestatione compesceres. Ceterum sicut accepimus in sua illi adhuc nequicia perseverant. Quam ob rem presentibus literis iterum fraternitatem tuam rogamus et monemus, ut predictos parrochianos tuos commoneas, quatenus castrum ipsum episcopo reddant et deinceps quietum dimittant, quod si contempserint, tu in eos tamquam in sacrilegos ex mandato nostro canonicam pro tui officii debito, donec satisfaciant, sententiam proferas. Preterea dilectioni tue notum facimus, nos prospere per dei gratiam et honorifice in Lateranensi palacio permanere. Laboribus tuis paterna affectione compatimur et in his, quę nobis significare volueris libenter fraternitati tuę consilium, quod poterimus et auxilium prestante domino conferemus. Datum Laterani VIII idus Aprilis.

1) Bischof Wido von Como, den Ughelli und wohl nach diesem Gams in der Series episcoporum schon 1120 sterben lassen, während sein Nachfolger erst 1125 Bischof wird, regierte mindestens bis 1124, wie Tatti, Storia di Como gründlich darthut und Coletti zu acceptiren scheint. Das Castrum Muri, später Castelmur im Thal Bergell bei Porto oberhalb Bondo gelegen, gehörte ursprünglich zu Chiavenna, war aber schon von Otto I. tauschweise an Chur gegeben. cfr. Planta, Das alte Raetien 1872 und Stumpf* 271, letztere Urkunde von Sickel gegen Ficker wieder für unächt erklärt. 2) Cumano auf Rasur nachcorrigirt.